

Términum posuisti, quem non transgrediéntur: * neque converténtur opérere terram.

Qui emittis fontes in convallibus: * inter médium móntium pertransibunt aqua.

Potábunt omnes béstiae agri: * expectábunt ónagri in siti sua.

Super ea volúcres cœli habitábunt: * de médio petrârum dabunt voces.

Rigans montes de superiôribus suis: * de fructu óperum tuórum satiabitur terra:

Prodúcens fœnum juméntis, * & herbam servitûti hóminum:

Ut edúcas panem de terra: * & vinum lætificet cor hóminis:

Ut exhiberet faciém in óleo: * & panis cor hóminis confirmet.

Saturabúntur ligna campi, & cedri Libani, quas plantávit: * illic passerés nidificabunt.

Herodii domus dux est eórum: * montes excelsi cervis: petra refugium herináctis.

Fecit lunam in témpore: * sol cognóvit occásum suum.

Posuisti ténébras, & facta est nox: * in ipsa pertransibunt omnes béstiae silvæ.

Cátuli leónum rugiéntes, ut rápíant, * & quærant à Deo escam sibi.

Ortus est sol, & congregáti sunt: * & in cubilibus suis collocabúntur.

Exiit homo ad opus suum: * & ad opératiónem suam usque ad vésperum.

Quàm magnificáta sunt ópera tua Dómine! * ómnia in sapiéntia fecisti: impléta est terra possessiõe tua.

Hoc mare magnum, & spatiósum máribus: * illic reptilia, quórum non est número.

Animália pusilla cum magnis: * illic naves pertransibunt.

Draco iste, quem formásti ad illudédum ei: * ómnia à te expectánt, ut des illis escam in témpore.

Dante te illis, colligént: * apériente te manum tuam, ómnia implebúntur bonitâte.

Avértente autem te faciém, turbabúntur: * auferes spiritum eórum, & deficient, & in pulverem suum reverténtur.

Emittes spiritum tuum, & creabúntur: * & renovabis faciém terræ.

Sit glória Dómini in sæculum: * lætábitur Dóminus in óperibus suis.

Qui respicit terram, & facit eam trémere: * qui tangit montes, & fímgant.

Cantábo Dómino in vita mea: * psallam Deo meo quámdiu sum.

Jucúndum sit ei elóquium meum: * ego vero delectábor in Dómino.

Deficiant peccatóres à terra, & iniqui ita ut non sint: * bñedic ánimæ mea Dómino.

Antiphona. Confessiõe & decórẽ induit: amictus lúmine sicut vestimẽto. **V.** Magna est glória ejus in salutári tuo. **R.** Glóriam & magnum decórẽ impónes super eum. Pater noster. **Absolutio.** A vinculis. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Evangélica læctio.

Læctio sancti Evangélii secúndum Mattheum.

Læctio vij. *Cap. 17. e*

In illo témpore: Assúpsit Jhesus Petrum, & Jacóbum, & Joánnem fratrem ejus, & duxit illos in montem excelsum seórsuum: & transfiguráus est ante eos. Et reliqua.

Homilia Sancti Joánnis Chrysóstomi.

Homil. 57. in Matth. in initio.

Quoniam multa de periculis, multa de passiõe sua, multa de morte & de cæde discipulórum locúus est Dóminus: &

áspera complôra atque árdua eis injúxit, & illa quidem in præsentí vita, & jam imminébant; bona verò in spe & expectatiõe erant: ut puta, quia servárent ánimam suam, si péderent eam: quia in glória Patris sui ventúrus sit, & præmia reddíturus: ut visu etiám certióres faceret, & osténderet quidnam sit illa glória, cum qua ventúrus est, quantum cãpere póterant in hac præsentí vita, illis osténdit, eámque détegit, ne aut suã, aut Dómini morte doleant; & máximè Petrus.

R. Vocávit nos Deus vocatiõe suã sanctã, secúndum grátiam suam, quæ manifestãta est nunc, * Per illuminatiõe Salvatóris nostri Jhesu Christi. **V.** Qui destrúxit mortem, illuminávit autem vitam in incorruptiõe. Per illuminatiõe. **Benedictio.** Divinum auxiliũ.

Læctio vij.

ET vide quid agit, cum de regno & de gehenna dissererit. Nam in eo quod dixit: Qui invenit ánimam suam, perdet eam; & qui-cunque perdet eam grátia mei, inveniet ipsam: & in eo quod ait: Reddet uníquique secúndum ópera sua: & regnum & gehennam designávit. Cũ igitur de utrisque dissererit, regnum quidem ut óculis cernátur, concédit: gehennam autem mínimè, quóniam rudióribus atque ineptióribus illum necessariũ fuisse: sed cũ illi probi essent ac perspicaces, satis fuit eos à meliôribus confirmári. Hoc etiám multò magis ipsum decébat: non tamen omnino illum prætermisisset, sed & aliquando atrocitatem gehennæ quasi ante óculos propónit, velósti cũ Lazári imaginem descripsit, & ejus méminit qui denários centum repéssit.

R. Deus, qui fecit de ténébris lumen splendescere, illúxit in cœ-

libus nostris, * Ad illuminatiõe scientiæ claritátis Dei in facie Jhesu Christi. **V.** Exortum est in ténébris lumen rectis corde, miséricors, & miserátor, & justus. Ad illuminatiõe. Glória Patri. Ad illuminatiõe. **Benedictio.** Ad societatem.

Pro sanctis Martyribus Xysto, Felicissimo, & Agapito.

Læctio ix.

Xystus Secúndus, Atheniën-sis, ex Philosopho Christi discipulus, in persecutiõe Valeriani accusátus, quòd públicè Christum prædicáret, comprehensus trábitur in templum Martis, propósiã ei capitális penã, nisi illi simulacro sacrificáret. Quã impietãte constantissimè recusãta, cũ ad martyrium duceretur, occurréti Sancto Lauréntio, & dolénte in hunc modum interrogãti: Quò progréderis sinè filio pater? quò Sacerdos sancte sinè ministro próperas? Respóndit: Non ego te dèsero filii: majóra te manent pro Christi fide certãmينا: post triduum me sequeris Sacerdotem Le-vita: intèrea, si quid in thesauris habes, pauperibus distribue. Eodẽm igitur die interfectus est unã cum Felicissimo & Agapito Diaconis, Januario, Magno, Vincentio & Stéphano Subdiaconis, & in cœmèterio Callisti sepultus octavo Idus Augusti: ceteri verò in cœmèterio Prætextati. Sed mensis undecim, dies duodecim. Quò témpore habuit Ordinatiõe mense Decẽmbri, creatis Presbyteris quãtuor, Diaconis septem, Episcopis duobus.

Te Deum laudãmus. 12.

Ubi Festum Transfiguratiõe ce-

lebratur sub ritu Duplici primæ clas-

sis; vel si contigerit transferri in

aliam diem, in quã occurrit ali-

quod Festum Simplex non habens

lec.

lectionem propriam, tunc legitur sequens.

Lectio ix.

TU verò Matthæi philosophiam considera, qui non celavit nomina eorum, qui præpositi fuerant. Quod & Joannes sæpius facit, cum eximias Petri laudes verissimè ac diligentissimè describat. Nullum enim in hoc Apostolorum consortio livor aut inanis glória locum habebat. Primos igitur Apostolorum seorsum assumpsit. Quamobrem eos solos accepit? Quia excellentiores cæteris videlicet erant. Cur autem non illicò, sed post sex dies hoc fecit? Ne cæteri scilicet discipuli, seu homines moverentur: quæ de re nec eos nominavit, quos accepturus erat.

Te Deum laudamus. 12.

AD LAUDES.

& per Horas, Antiphona.

Assumpsit Jesus Petrum, & Jacobum, & Joannem fratrem ejus, & duxit eos in montem excelsum seorsum, & transfiguratus est ante eos. **Psalmus.** Dominus regnavit, cum reliquis. 13. **Antiphona.** Resplenduit facies ejus sicut sol, vestimenta autem ejus facta sunt alba sicut nix, alleluia. **Antiphona.** Et ecce apparuerunt eis Moyses & Elias loquentes cum Jesu. **Antiphona.** Respondens autem Petrus dixit ad Jesum: Domine, bonum est nos hic esse. **Antiphona.** Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos.

Capitulum. *Philip. 3. d.*

Salvátorem expectáms Dóminum nostrum Jesum Christum, qui reformábit corpus humilitátis nostre, configurátum córpori claritátis suæ.

Hymnus.

Lux alma Jesu mentium,
Dum corda nostra récreas,

Culpe fugas caliginem,
Et nos reple dulcédine.
Quàm lætus est quem visitas?
Consors Paternæ dexteræ,
Tu dulce lumen patriæ,
Carnis negatúm sensibus.
Splendor Paternæ glóriæ,
Incomprehénsa Charitas,
Nobis amoris cópiam
Largire per præsentiam.

Jesu, tibi sit glória,
Qui te revelas párvulis,
Cum Patre, & almo Spiritu,
In sempitérna sæcula. Amen.

V. Coróna áurea super caput ejus.
R. Expressa signo sanctitátis, glóriæ, & honoris.

Ad Benedictus, Antiphona.
Et ecce vox de nube, dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, ipsum audite, alleluia.

Oratio.

DEus, qui fidei sacramenta in Unigéniti sui gloriósa Transfiguratióne, patrum testimonio corroborásti, & adoptiõnem filiorum perfectam, voce delapsâ in nube lucida, mirabiliter præsignásti: concède propitijs; ut ipsius Regis glóriæ nos coheredes efficias, & ejusdem glóriæ tribuas esse consórtes. Per eundem Dóminum nostrum.

Pro Commemoratione SS. Petri & Martyrum, Antiphona. Vestri capilli cápitis omnes numerati sunt: nolite timere: multis passeribus meliõres estis vos. **V.** Exultabunt Sancti in glória. **R.** Lætábantur in cubilibus suis.

Oratio.

DEus, qui nos concédis Sanctórum Mártýrum tuórum Xysti, Felicissimi, & Agapiti natalitia colere: da nobis in æternâ beatitudine de eórum societate gaudere. Per Dóminum nostrum.

Ad Primam in R. brevi. Christe Fi-

Fili Dei vivi, dicitur **V.** Qui apparuit hódie.

Ad Tertiam, Afia. Respléndit facies ejus. **Capitulum.** Salvátorem expectáms, ut suprâ. 524. **R.** br. Gloríus apparuisti in conspectu Dómini. **V.** Alleluia, alleluia. Gloríusus. **V.** Propterea decorem induit te Dóminus. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Gloríusus. **V.** Glória & honore coronásti eum Dómine, alleluia. **R.** Et constituisti eum super ópera mánuum tuárum, alleluia.

Ad Sextam, Antiphona.

Et ecce apparuerunt eis.

Capitulum. 2. Cor. d.

Nos omnes, revelatâ facie glóriam Dómini specularétes, in eamdem imaginem transformámur, à claritate in claritatem, tamquam à Dómini Spiritu.

R. br. Glória & honore coronásti eum Dómine, **V.** Alleluia, alleluia. Glória. **V.** Et constituisti eum super ópera mánuum tuárum. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Glória & honore. **V.** Magna est glória ejus in salutári tuo, alleluia. **R.** Glóram & magnum decorem impónes super eum, alleluia.

Ad Nonam, Antiphona.

Adhuc eo loquente.

Capitulum. *Apoc. 21. c.*

Sustulit me in spiritu in montem magnum & altum, & osténdit mihi civitatem sanctam Jerusalem, descendéntem de coelo à Deo, habéntem claritatem Dei: & lucérna ejus est Agnus.

R. br. Magna est glória ejus in salutári tuo, **V.** Alleluia, alleluia. Magna. **V.** Glóram & magnum decorem impónes super eum. Alleluia, alleluia. Glória Patri. Magna. **V.** Coróna áurea super caput ejus, alleluia. **R.** Expressa signo sanctitátis, glóriæ, & honoris, alleluia.

In secundis Vesperis, Antiphona.

Assumpsit Jesus, ut supra in Laudibus. 524. **Psalmi, Capitulum, Hymnus & V.** ut in j. Vesperis. 514.

Ad Magnificat, Antiphona.

Et audientes discipuli ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde: & accessit Jesus, & tetigit eos, dixitque eis: Surgite, & nolite timere, alleluia. **Oratio.** Deus, qui fidei sacramenta, ut supra 524.

Deindè fit Commemor. sequentis Festi, & postea S. Donati, ut infra.

DIE VII. AUGUSTI.

In Festo Sancti Cajetani Confessoris.

Duplex.

Omnia de Communi Confessoris non Pontificis. **V.** præter ea, quæ hic habentur propria.

Antiphona in utrisque Vesperis, Querite primùm regnum Dei, & justitiam ejus, & hæc omnia adjiciéntur vobis. **V.** Amávit eum Dóminus, & orávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum.

Oratio.

DEus, qui beato Cajetano Confessori tuo Apostólicam vivéndi formam imitarii tribuisti: da nobis, ejus intercessiõe & exémplo in te semper confidere, & sola cœlestia desiderare. Per Dóminum nostrum.

Postea fit Commemoratio Sancti Donati Episcopi & Martyris, Afia. Iste sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, & a verbis impiórum non timuit: fundátus enim erat supra firmam petram. **V.** Glória & honore coronásti eum Dómine. **R.** Et constituisti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio.

DEus tuórum glória sacerdotum: præsta quesumus; ut Sancti Mártýris tui & Episcopi Donati, cujus festa gerimus, sentiámus auxilium. Per Dóminum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

LECTIO IV.

CAjetanus nóbili Thienæa gente Vincéntiæ ortus, statim a matre Deiparæ Virgini oblatus est, Mira à teneris annis morum innocentia in eò eluxit, adeò ut Sanctus ab omnibus nuncuparetur. Juris utriusque Lauream Patavii adeptus, Romam profectus est; ubi inter Prælatos à Julio Secúndo collocatus, & Sacerdótio initiatus, tanto divini Amoris resu succensus est, ut relicta Aulá, se totum Deo mancipaverit. Noscómis próprio ere fundátis, étiam morbo pestilenti laborántibus, suis ipse máibus inserviebat. Proximórum salutí assidua curá incumbébat, dictus propterea Venátor animárum.

Honestum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductóribus tutávit illum: Et dedit illi claritatem æternam. **J**ustum deduxit Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei. Et

LECTIO V.

Collapsam Ecclesiasticórum disciplinam ad formam Apostólicæ vitæ instaurare desiderans. Ordinem Clericórum Regularium instituit, qui, abdicatæ rerum ómnium terrenarum sollicitudine, nec réditus possidebant, nec vitæ subsidia à fidelibus peterent, sed solis elemósynis sponte oblati viverent. Itaque approbante Clemente Séptimo ad Aram máximam Basilicæ Vaticanæ uná cum Joanne Petro Carafá Episcopo Theatino, qui postea Paulus Quartus Pontifex Máximus fuit, & aliis duobus eximæ pietatis viris, vota solémnia emisit. In Urbis direptione à militibus crudelissime vexatus, ut pecuniam proderet, quam dudum in cælestes thesauros manus pauperum deportaverant, verbera,

tormenta, & cárceres invicta patientia sustinuit. In suscepto vitæ instituto constantissime perseveravit, soli Divinæ providentiæ inherens, quam sibi nunquam defuisse, aliquando miracula comprobárant.

Amavit eum Dóminus & ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, Et ad portas paradisi coronávit eum. **I**nduit eum Dóminus loriceam fidei, & ornávit. Et ad.

LECTIO VI.

Divini cultus stúdium, nitórem domús Dei, sacrórum rituum observántiam, & sanctissimæ Eucharistiæ frequentiórem usum máximè promovit. Hæresum monstra & latebras non semel detexit, ac profligávit. Oratíonem ad octo passim horas júgibus lacrymis protrahébat; sæpè in éxtasim raptus, ac prophetiæ dono illústris. Romæ nocte natalitia, ad Præsépe Dómini infantem Jesum accipere mérít à Deipara in ulnas suas. Corpus integras noctes interdum verberatiónibus affligébat; nec umquam addúci pótuit, ut vitæ asperitatem emolliret, testátus, in cinere, & cilicio velle se mori. Dénique ex ánimi dolore concepto morbo, quod offendi plebis seditióne Deum vidéret, cælesti visióne recreátus, Nea poli migrávit in cælum: ibique corpus ejus in Ecclesiá Sancti Pauli magná religióne cõlitur. Quem multis miraculis in vita, & post mortem gloriosum, Clemens Décimus Pontifex Máximus Sanctórum número adscripsit.

Iste homo perfecit ómnia que locútus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: Quia te vidi justum coram me ex ómnibus gentibus. **I**ste est qui contempnit vitam mundi, & pervénit ad cælestia regna. Quia te vidi. Glória Patri. Quia te vidi.

Io

In tertio Nocturno.

LECTIO sancti Evangelii secundum Mattheum.

LECTIO VII. Cap. 6. c.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Nemo potest duobus dómibus servire. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi. Lib. 2. de Sermonibus Domini in monte, cap. 14.

Nemo potest duobus dómibus servire. Ad hanc ipsam intentionem referéndum est, quod consequenter expónit, dicens: Aut enim unum ódio habébit, & alterum diligit: aut alterum patietur, & alterum contemnet. Quæ verba diligenter consideranda sunt: nam, qui sint duo dómni, deinceps ostendit, cum dicit: Non potestis Deo servire & mammonæ. Mammona apud Hebræos divitiæ appellari dicuntur. Congruit & Punicum nomen: nam lucrum Punicè mammonæ dicitur. Sed qui servit mammonæ, illi utique servit, qui rebus istis terrenis mérito suæ perversitatis præpositus, magistratus hujus sæculi à Dómno dicitur. Aut enim unum ódio habébit homo, & alterum diligit, id est Deum; aut alterum patietur, & alterum contemnet. Patietur enim durum & pernitiosum dómnum, quisquis servit mammonæ: suá enim cupiditate implicatus, súbditur diabolo, & non eum diligit. Quis enim est qui diligit diabolum? sed tamen patitur.

Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & de omni corde suo laudávit Dómnum: Ipse intercedat pro peccatis ómnium populórum. **E**cce homo sine querela, verus Dei cultor, abstinentes se ab omni ópere malo, & permanentes in innocentia sua. Ipse intercedat.

LECTIO VIII.

Ded, inquit, dico vobis, non habere sollicitudinem anime vestræ quid edatis, neque corpori vestro quid induatis: ne forte, quamvis jam superflua non querantur, propter ipsa necessaria cor duplicetur, & ad ipsa conquirenda, nostra detorqueatur intentio, cum aliquid quasi misericorditer operamus: id est, ut, cum consilere alicui videri vólumus, nostrum emolumentum ibi pótius, quam illius utilitatem attendamus; & ideo nobis non videámur peccare, quia non superflua, sed necessaria sunt, quæ consequi vólumus.

Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes in manibus vestris: Et vos similes hominibus expectántibus dómnum suum, quando revertatur à nuptiis. **V**igilate ergo, quia nescitis quâ hora Dóminus vester venturus sit. Et vos similes. Glória Patri. Et vos similes.

Pro Sancto Donato Episcopo & Martyre.

LECTIO IX.

Donatus, parentibus propter Jesu Christi fidem interfecit, Arrétriam cum Hilarino Mónacho ex fuga se contulit: cujus étiam urbis Episcopus creatus est. Ubi cum à Quadratiáno præfecto in Juliáni persecutióne uterque idóla venerári juberetur, negántibus illis se tam nefárium scelus commissúros, Hilarinus in óculis Quadratiáni tandiu fústibus cæsus est, dum efflaret animam: Donatus vehementer & ipse cruciatus, gládio percussus est. Quorum corpora à Christiánis prope eam urbem honorificè sepulta sunt. Te Deum laudámus. 12.

In Laudibus ad Benedictum, Anaphona. Nolite solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bi-

bi-

bibemus? Scit enim Pater vester, scit vobis necesse sit.

Oratio. Deus, qui beato, ut supra, 525.

Et fit Commemoratio S. Donati Episcopi & Martyris, Añe Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam eternam custodit eam. **V.** Justus, ut palma floribit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Deus tuorum gloria, ut supra, 525.

In secundis Vesperis ad Magnificat, Antiphona Querite primùm.

Oratio. Deus, qui beato Cajetano, ut supra, 525.

Deinde fit Commemor. sequentis.

DIE VIII. AUGUSTI,

In Festo SS. Ciriaci, Largi, & Smaragdi Martyrum.

Semiduplex.

Omnia de Comuni plurimorum Martyrum, xxx. prater sequentia.

Oratio.

Deus, qui nos annua Sanctorum Martyrum tuorum Ciriaci, Largi, & Smaragdi solemnitate letificas: concede propitius; ut quorum natalitia colimus, virtutem quoque passionis imitemur. Per Dominum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Leccio iv.

Ciriacus Diaconus, cum Sisinnio, Largo, & Smaragdo, diutius inclusus in carcere, multa edidit miracula, in quibus Arthemianam Diocletiani filiam precibus a demone liberavit: missusque ad Saporem Persarum regem, Jobiam etiam ejus filiam a nefario spiritu eripuit. Rege vero ejus patre cum quadringentis ac triginta aliis baptizatis Romam rediit ubi Maximiani Imperatoris jussu comprehensus, catenis vincus ante rhedam

suam trahitur: & post dies quatuor è carcere eductus, pice liquata perfusus, & in catasta extensus, demùm cum Largo & Smaragdo, aliisque viginti securi percussus est, via Salariã, ad hortos Sallustianos. Quorum corpora in eadem via decimosextimo Kalendas Aprilis sepulta à Joanne Presbytero, postea sexto Idus Augusti à Marcello Pontifice & Lucina nobili femina lineis velis involuta, & pretiosis unguentis condita, in ipsius Lucina prædium viã Ostiensi, septimo ab Urbis lapide, translata sunt.

R. Sancti tui Domine mirabile consecuti sunt iter, servientes præceptis tuis, ut invenirentur illasi in aquis validis: Terra apparuit arida, & in Mari rubro via sine impedimento. **V.** Quoniam percussit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundaverunt. Terra.

Sermo S. Joannis Chrysostomi.

Sermone 1. de Martyribus, tom. 3.

Leccio v.

Nemo est qui nesciat, Martyrum glorias ad hoc divino consilio à Dei populis frequentari, ut & illis debitus honor diceretur, & nobis virtutis exempla, favente Christo, monstrarentur; ut dum hæc ita celebrati perspiciamus, cognoscamus quanta eos gloria maneat in caelis, quorum natalitia taliter celebrantur in terris: quo possimus etiam ipsi talibus provocari exemplis, virtute pari, devotione consimili ac fide: ut Christo præstante, dimicare & vincere hostem possimus: ut parata victoriã, cum iisdem Sanctis in regnis cælestibus triumphemus.

R. Verbera carnificum non timuerunt Sancti Dei, morientes pro Christi nomine: Ut hæredes fierent in domo Domini. **V.** Tradiderunt corpora sua propter Deum ad supplicia. Ut hæredes.

Lec-

Leccio vj.

Quis est enim, qui eorum volens merito copulari, nisi prius constantiam eorum teneat, sectetur fidem, imitetur virtutem passionis, eorum gloriam paribus vitae lineamentis aut invadit, aut exquirat? Qui etsi martyri par esse non possit, tamen muneris tanti dignitate se quisque bonis actibus dignum præbeat. Adest enim clementissimus Deus, qui desiderantibus suis aut martyrium præbeat, aut sine martyrio cum Sanctis præmia divina retribuat.

R. Tamquam aurum in fornace probavit electos Dominus, & quasi holocausti hostiam accepit illos: & in tempore erit respectus illorum: **V.** Quoniam donum & pax est electis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intelligunt veritatem: & fideles in dilectione acquiescent illi. Quoniam donum. Glória Patri. Quoniam.

In tertio Nocturno.

Leccio sancti Evangelii secundum Marcum.

Leccio vij.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Eúntes in mundum universum, prædicatè Evangelium omni creaturæ. Et reliqua.

Homilia Sancti Gregorii Papæ.

Homilia 29. in Evangelia, post init.

Potest omnis creaturæ nómine omnis natio Gentium designari. Antè etenim dictum fuerat, In viam Gentium ne abiéritis: nunc autem dicitur, Prædicatè omni creaturæ: ut scilicet prius à Judæa Apostolorum repulsa prædicatio tunc nobis in adiutorium fieret, cum hanc illa ad damnationis suæ testimonium superba repulisset. Sed cum discipulos ad prædicandum Veritas mittit, quid aliud in mundo facit, nisi grana seminis spargit? Et pauca grana mittit in semine, ut mul-

Paræstiva.

tarum messium fruges recipiat ex nostra fide.

R. Propter testamentum Domini, & leges paternas Sancti Dei perstiterunt in amore fraternitatis: Quia unus fuit semper spiritus in eis, & una fides. **V.** Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum. Quia unus.

Leccio viij.

Neque etenim in universo mundo tanta fidelium messis exurgeret, si de manu Domini super rationalem terram illa electa grana prædicantium non venissent. Sequitur: Qui crediderit & baptizatus fuerit, salvus erit: qui vero non crediderit, condemnabitur. Fortasse unusquisque apud semetipsum dicat: Ego jam credidi, salvus ero. Verum dicit, si fidem operibus tenet. Vera etenim fides est, quæ in hoc quod verbis dicit, moribus non contradicit. Hinc est enim quod de quibusdam falsis fidelibus Paulus dicit: Qui confitentur se nosse Deum, factis autem negant.

R. Sancti mei qui in carne positi, certamen habuistis: Mercèdem laboris ego reddam vobis. **V.** Venite benedicti Patris mei, percipite regnum. Mercèdem. Glória Patri. Mercèdem.

Leccio ix.

Signa autem eos qui credituri sunt, hæc sequuntur: In nómine meo demonia ejicient, linguis loquentur novis, serpentes tollent; & si mortiferum quid biberint, non eis nocèbit: super agros manus impònent, & bene habebunt. Numquidnam, fratres mei, quia ista signa non facitis, minime creditis? Sed hæc necessaria in exordio Ecclesiæ fuerunt. Ut enim ad fidem cresceret multitudo credentium, miraculis fuerat nutrienda. Quia & nos, cum arbusta plantamus, tamdiu eis

Ll aquam

aquam infundimus, quousque ea in terram jam coaluisse videamus: & si semel radicem fixerit, irrigatio cessabit. Hinc est enim quod Paulus dicit: Linguae in signum sunt, non fidelibus, sed infidelibus.

Te Deum laudamus. 12.

In secundis Vesperis fit Commemoratio Sancti Romani Martyris, Antiphona. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & à verbis impiorum non timuit: fundatus enim erat supra firmam petram. V. Glória & honore coronasti eum Domine. R. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Oratio.

Praesta, quæsumus omnipotens Deus, ut intercedente beato Romano Martyre tuo, & à cunctis adversitatibus liberemur in corpore, & à pravis cogitationibus mundemur in mente. Per Dóminum.

DIE IX. AUGUSTI.

In Vigilia Sancti Laurentii Martyris.

Homilia in Evangelium. Si quis vult post me venire, de Comuni unius Martyris. xxv. Responsoria de Peria occurrenti.

Et dicuntur Preces feriales, ut supra. 44.

Oratio.

Adesto Domine supplicationibus nostris: & intercessionibus beati Laurentii Martyris tui, cujus prevenimus festivitatem, perpetuam nobis misericordiam benignus impende. Per Dóminum nostrum.

Deinde fit Commemoratio Sancti Romani Martyris, Antiphona. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. V. Justus, ut palma florébit. R. Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio. Praesta quæsumus, ut supra.

DIE X. AUGUSTI.

In Festo Sancti Laurentii Martyris. Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Laurentius ingressus est martyr, cum reliquis de Laudibus. 535. Psalm. Dixit Dóminus, cum reliquis de Domini. ca. 94. & loco utimi. Psalm. Laudate Dóminum omnes Gentes. 97.

Capitulum. 2. Cor. 9. b

Fratres, qui parce sémínat, parce & metet: & qui sémínat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.

Hymnus.

Deus tuorum militum
Sors, & coroná, præmium,
Laudes canentes Mártiris

Absolve nexu criminis.

Hic nempé mundi gaudia,

Et blanda fraudum pábula

Imbúta felle depútas,

Pervénit ad cœlestia.

Pœnas cucurrít fortiter,

Et sústulit viriliter,

Fundensque pro te stánguinem,

Ætérna dona pössidet.

Ob hoc precáti supplicei

Te pössimus piissime;

In hoc triumpho Mártiris

Dimitte noxam sérvulis.

Laus, & perénis glória

Patri sit, atque Filio,

Sancto simul Paráclito,

In sempitérna sæcula. Amen.

V. Glória & honore coronasti eum Domine. Et constituisti eum super opera manuum tuarum.

Ad Magnificat, Antiphona. Levita Laurentius bonum opus operatus est, qui per signum crucis caecos illuminavit, & thesauros Ecclesiae dedit pauperibus.

Oratio.

DA nobis, quæsumus omnipotens Deus, vitiórum nostrórum flammam extinguere: quò beato Laurentio tribuisti tormén-

tórum suórum incéndia superare. Per Dóminum nostrum.

Ad Matutinum, Invictorium.

Beatus Laurentius Christi Martyr triumphat coronatus in caelis:

* Venite, adorémus Dóminum.

Psalm. Venite, exultémus. 1. Hymnus. Deus tuorum, ut supra. 530.

In primo Nocturno, Antiphona. Quò progréderis sine filio pater? quò sacerdos sancte sine ministro próperas?

Psalmus 1.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiórum, & in via peccatórum non stetit, * & in cáthedra pestilentiae non sedit:

Sed in lege Dómini voluntas ejus, * & in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quò fructum suum dabit in tempore suo:

Et fólium ejus non defluet: * & omnia quaecúmque faciet, prosperabuntur.

Non sic impij, non sic: * sed tamquam pulvis, quem próicit ventus à facie terrae.

Idèò non resúrget impij in judicio: * neque peccatóres in concilio justórum.

Quóniam novit Dóminus viam justórum: * & iter impiórum peribit.

Antiphona. Quò progréderis sine filio pater? quò sacerdos sancte sine ministro próperas?

Antiphona. Noli me derelinquere pater sancte, quia thesauros tuos jam expédi, quos tradidisti mihi.

Psalmus 2.

Quare fremuerunt Gentes, * & populi meditati sunt inania?

Astiterunt reges terrae, & príncipes convenérunt in unum * adversus Dóminum, & adversus Christum ejus.

Dirumpámus vincula eórum: * & projiciámus à nobis jugum ipsórum. Qui hábitat in caelis iridébít eos: * & Dóminus subsannábít eos.

Tunc loquétur ad eos in ira sua, * & in furóre suo conturbábít eos.

Ego autem constitutus sum rex ab eo super Sion montem sanctum ejus, * prædicans præceptum ejus.

Dóminus dixit ad me: * Filius meus es tu, ego hódie genui te.

Póstula à me, & dabo tibi Gentes hereditatem tuam, * & possessionem tuam téminos terrae.

Reges eos in virga ferebra, * & tamquam vas figuli confringes eos.

Et nunc reges intelligite: * erudimini qui judicatis terram.

Servite Dómino in timóre: * & exultate ei cum tremóre.

Apprehéndite disciplinam nequándo irascátur Dóminus, * & pereátis de via justa.

Cùm exáserit in brevi ira ejus, * beati omnes, qui confidunt in eo.

Antiphona. Noli me derelinquere pater sancte, quia thesauros tuos jam expédi, quos tradidisti mihi.

Antiphona. Non ego te desero fili, neque derelinquo: sed majora tibi debentur pro Christi fide certamina.

Psalmus 3.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me? * multi insurgunt adversum me.

Multi dicunt animæ meae: * Non est salus ipsi in Deo ejus.

Tu autem Domine suscceptor meus es, * glória mea, & exáltans caput meum.

Voce meá ad Dóminum clamávi: * & exaudivit me de monte sancto suo.

Ego dormivi, & soporatus sum: * & exurréxi, quia Dóminus suscépit me.

Non timébo millia pópuli circumdántis me: * exurge Dómine, saluum me fac Deus meus.

Quóniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: * dentes peccatórum contrivisti.

Dómini est salus: * & super pópulum tuum benedictio tua.

Ana. Non ego te desero, filii, neque derelinquo: sed maiora tibi debentur pro Christi fide certámina.

y. Glória & honore coronásti eum Dómine. *R.* Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum. Pater noster. *Absolutio.* Exáudi Dómine.

y. Jube domne. *Benedictio.* Benedictione perpétua.

De libro Ecclesiásticé.

Lectio ij.

Cap. 51.
Confitebor tibi Dómine rex, & collaudábo te Deum Salvatórem meum. Confitebor nómini tuo: quóniam adiutor nómini tuo: quóniam adiutor & protector factus es mihi, & liberásti corpus meum à perditione, à láqueo linguæ iniquæ, & à lábiis operántium mendácium, & in conspectu astantium factus es mihi adiutor. Et liberásti me secundum multitudinem misericórdiæ nóminis tui à rugiéntibus, præparásis ad escam, de má nibus queréntium ánimam meam, & de portis tribulationum, quæ circumdedérunt me: à pressúra flammæ, quæ circumdedit me, & in médio ignis non sum astuátus: de altitudine ventris inferi, & à lingua coinquináta, & à verbo mendáci, à rege iniquo, & à lingua iniústa.

R. Levita Lauréntius bonum opus operátus est: qui per signum crucis cæcos illuminávit, & Et thesauros Ecclesiæ dedit paupéribus. *y.* Dispersit, dedit paupéribus: iustitia ejus manet in sæculum sæculi. Et thesauros. *Benedictio.* Unigénitus Dei Filius.

Lectio ij.

Laudábit usque ad mortem ánima mea Dóminum, & vita mea appropinquans erat in inférno deorsum. Circumdederunt me undique, & non erat qui adiuváret. Respiciens eram ad adiutórium hóminum, & non erat. Memorátus sum misericórdiæ tuæ Dómine, & operatiónis tuæ, quæ à sæculo sunt: quóniam eruis sustinéntes te Dómine, & liberas eos de má nibus géntium. Exaltásti super terram habitatiónem meam, & pro morte defluente deprecátus sum.

R. Puer meus noli timére, quia ego tecum sum, dicit Dóminus: * Si transieris per ignem, flamma non nocébit tibi, & odor ignis non erit in te. *y.* Liberábo te de manu pessimórum, & eruam te de manu fortium. Si transieris. *Benedictio.* Spiritus sancti grátia.

Lectio iij.

Invocávi Dóminum patrem Dómini mei, ut non derelinquat me in die tribulatiónis meæ, & in tempore superbórum sine adiutóre. Laudábo nomen tuum assidue, & collaudábo illud in confessione, & exaudita est oratió mea. Et liberásti me de perditione me, & eripuísti me de tempore iniquo. Propterea confitebor, & laudem dicam tibi, & benedicam nómini Dómini.

R. Strinxérunt córporis membra posita super craticulam: ministrantibus prunas insultat Levita Christi: * Beate Laurénti Martyr Christi, intercede pro nobis. *y.* Mea nox obscurum non habet, sed ómnia in luce claréscunt. Beate Laurénti. Glória Patri. Beate Laurénti.

In secundo Nocturno, Actiõna. Beatus Lauréntius orábat, dicens: Domine Jesu Christe, Deus de Deo, miserere mihi servo tuo.

Pla-

Psalmus 4.

Cum invocárem exaudivit me Deus iustitiæ meæ: * in tribulatione dilatásti mihi.

Miserere mei, * & exáudi oratió-nem meam.

Filiihóminum úsquequò gravi corde? * ut qui diligitis vanitatem, & quæritis mendácium?

Et scitote quóniam mirificávit Dóminus sanctum suum: * Dóminus exaudivit me cum clamávero ad eum.

Irascimini, & nolite peccáre: * quæ dicitis in córdibus vestris, in cubilibus vestris compungimini.

Sacrificáte sacrificium iustitiæ, & speráte in Dómino: * multi dicunt: Quis osténdit nobis bona?

Signátum est super nos lumen vultus tui Dómine: * dedisti læticiam in corde meo.

A fructu fruménti, vini, & ólei sui * multiplicáti sunt.

In pace in idipsum * dórmiam, & requiescam.

Quóniam tu Dómine singulariter in spe * constituísti me.

Ana. Beatus Lauréntius orábat, dicens: Dómine Jesu Christe, Deus de Deo, miserere mihi servo tuo.

Ana. Dixit RománuS ad beátum Lauréntium: Video ante te juvenem pulcherrimum, festina me baptizáre.

Psalmus 5.

Verba mea áuribus pèrcipe Dómine, * intéllige clamórem meum.

Inténde voci oratiónis meæ, * Rex meus, & Deus meus.

Quóniam ad te orábo: * Dómine mané exáudies vocem meam.

Mané astábo tibi, & vidébo: * quóniam non Deus volens iniquitátem tu es.

Neque habitábit juxta te malignus: * neque permanébunt iniústi ante óculos tuos.

Odisti omnes, qui operántur iniquitatem: * perdes omnes, qui loquuntur mendácium.

Virum sanguinum & dolósum abominábitur Dóminus: * ego autem in multitudíne misericórdiæ tuæ.

Introbo in domum tuam: * adorábo ad templum sanctum tuum in timóre tuo.

Dómine deduc me in iustitia tua: * propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam.

Quóniam non est in ore eórum veritas: * cor eórum vanum est.

Sepúlchrum patens est guttur eórum, linguæ suis dolóse agébant, * júdica illos Deus.

Décidant à cogitatióibus suis, secundum multitudinem impietatum eórum expélle eos, * quóniam irritavérunt te Dómine.

Et læténtur omnes, qui sperant in te, * in ætérnum exultábunt & habitábis in eis.

Et gloriabúntur in te omnes, qui diligunt nomen tuum, * quóniam tu benedices justo.

Dómine, ut scuto bonæ volúntatis tuæ * coronásti nos.

Ana. Dixit RománuS ad beátum Lauréntium: Video ante te juvenem pulcherrimum, festina me baptizáre.

Ana. Beatus Lauréntius dixit: Mea nox obscurum non habet, sed ómnia in luce claréscunt.

Psalmus 8.

Domine Dóminus noster, * quam admirábile est nomen tuum in univérsa terra!

Quóniam eleváta est magnificéntia tua, * super cælos.

Ex ore infantium & lacténtium perfecisti laudem propter inimicos tuos, * ut destruas inimicum & ultórem.

Quóniam vidébo cælos tuos, ópera digítórum tuórum: * lunam & stellas, quæ tu fundásti.

Ll 3

Quid

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulominus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum: * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecti sub pedibus ejus, * oves & boves universas: insuper & pecora campi.

Volucres cœli, & pisces maris, * qui perambulantes semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Antiphona. Beatus Laurentius dixit: Mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt. **V.** Posuisti Domine super caput ejus. **R.** Coronam de lapide pretiosam. Pater noster. **Absolutio.** Ipsi pietas. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Leonis Papæ. In Natali Sancti Laurentii, post initium.

Lectio iv.

Cum furor Gentilium potestatum in electissima quæque Christi membra sæviret, ac præcipue eos, qui ordinis erant sacerdotalis impeteret, in Levitam Laurentium, qui non solum ministerio Sacramentorum, sed etiam dispensatione Ecclesiasticæ substantiæ præminēbat, impius persecutor efferebat, duplicem sibi prædam de unius viri comprehensione promittens: quem si fecisset sacræ pecunie traditorem, faceret etiam vere religionis exortem. Armatur itaque gemina face homo pecunie cupidus, & veritatis inimicus: avaritia, ut rapiat aurum: impietate, ut auferat Christum. Põstulat sibi ab immaculato sacrarum præsulis opes Ecclesiasticas, quibus avidissimus inhiabat, inferri. Cui Levita castis-

simus, ubi eas repositas haberet, ostendens, numerosissimos sanctorum pauperum obtulit greges, in quorum victu atque vestitu inamissibiles considerat facultates: que tanto integrius erant salvæ, quanto sanctius probabantur expensæ.

V. Quo progræderis sine filio pater? quo sacerdos sancte sine diacono properas? Tu numquam sine ministro sacrificium offerre consueveras. **V.** Quid ergo in me displicuit paternitati tuæ? numquid degenerem me probasti? experire utrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti Domini sanguinis dispensationem. Tu numquam. **Benedictio.** Christus perpetuus.

Lectio v.

Remit ergo prædo frustratus, & in odium religionis, quæ talem divitiarum usum instituisset, ardescens, direptione thesauri potioris aggreditur, apud quem nullam denariorum substantiam reperisset; ut illud depositum, quo sacratius erat dives, auferret. Renuntiare Christo Laurentium jubet, & solidissimam illam Levitici animi fortitudinem diris parat urgere supplicis: quorum ubi prima nil obtinent, vehementiora succedunt. Laceratos artus, & multa verberum sectione scissos, subjecto præcipit igne torreri: ut per craterem ferream, quæ jam de fervore continuo vim in se haberet urendi, conversorum alternâ mutatione membrorum fieret cruciatus vehementior, & pœna prodiceret.

R. Noli me derelinquere pater sancte: * quia thesauros tuos jam expendi. * Non ego te desero, fili, neque derelinquo: sed majora tibi debentur pro Christi fide certamina. **V.** Nos quasi senes leviõis pugnae cursum recipimus, te autem quasi juvenem manet gloriõsor de tyranno

no

no triumphus: post triduum me sequeris Sacerdotem Levita. Non ego te. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vj.

Nihil obtines, nihil proficis sæva crudelitas. Subtrahitur tormentis tuis materia mortalis, & Laurentio in cœlos abeunte, tu deficis flammis tuis. Superari charitas Christi flammâ non potuit: & segnior fuit ignis, qui foris ussit, quam qui intus accendit. Sævisti persecutor in Martyrem: sævistis, & auxisti palmam, dum aggeras penam. Nam quid non ad victoris gloriam ingenium tuum reperit, quando in honorem transierunt triumpho etiam instrumenta supplicii? Gaudeamus igitur, dilectissimi, gaudio spiritali, & de felicissimo inclyti viri fine gloriemur in Domino, qui est mirabilis in sanctis suis, in quibus nobis & prasidium constituit, & exemplum: atque ita per universum mundum clarificavit gloriam suam, ut à solis ortu usque ad occasum, Leviticorum lumen coruscante fulgore, quam clarificata est Jerusalem Stephano, tam illustris fieret Roma Laurentio.

R. Beatus Laurentius clamavit, & dixit: Deum meum collo, illi soli servio. * Et ideo non timeo tormenta tua. **V.** Mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt. Et ideo. Gloria Patri. Et ideo.

In tertio Nocturno, Antiphona: Strinxerunt corporis membra posita super craticulam: subjicientibus prunas insultat Levita Christi.

Psalmus 14.

Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? * aut quis requiescet in monte sancto tuo?

Qui ingreditur sine macula, * & operatur justitiam:

Qui loquitur veritatem in corde suo, * qui non egit dolum in lingua sua:

Nec fecit proximo suo malum, * & opprobrium non accepit adversus proximos suos.

Ad nihilum deductus est in conspectu ejus malignus: * timentes autem Dominum glorificat.

Qui jurat proximo suo, & non decipit, * qui pecuniam suam non dedit ad usuram, & munera super innocentes non accepit.

Qui facit hæc, * non movabitur in æternum.

Antiphona. Strinxerunt corporis membra posita super craticulam: subjicientibus prunas insultat Levita Christi. **Antiphona.** Igne me examinasti, & non est inventa in me iniquitas.

Psalmus 16.

Exaudi Domine justitiam meam: * intendens deprecationem meam. Auribus percipe orationem meam, * non in labiis dolosis.

De vultu tuo iudicium meum prodeat: * oculi tui videant æquitates.

Probasti cor meum, & visitasti nocte: * igne me examinasti, & non est inventa in me iniquitas.

Ut non loquatur eis meum opera hominum: * propter verba laborum tuorum ego custodivi vias tuas.

Percipe gressus meos in semitis tuis: * ut non moveantur vestigia mea.

Ego clamavi, quoniam exaudisti me Deus: * inclina aurem tuam mihi, & exaudi verba mea.

Mirifica misericordias tuas, * qui salvos facis sperantes in te.

A resistentibus dexteræ tuæ custodi me, * ut pupillam oculi,

Sub umbra alarum tuarum protegeme: * a facie impiorum qui me afflixerunt.

Inimici mei animam meam circum-

Ll 4

cum-

cumdedérunt, ádipem suum concluderunt: * os eórum locútum est superbiam.

Proficiéntes me nunc circumdedérunt me: * óculos suos statuerunt declinare in terram.

Suscéperunt me sicut leo parátus ad pradám, * & sicut cátilus leónis hábitans in ábditis.

Exurge Dómine, praveni eum, & supplanta eum: * éripe animam meam ab impio, fráream tuam ab inimicis manus tuæ.

Dómine á paucis de terra dívide eos in vita eórum: * de absconditis tuis adimplétus est venter eórum.

Saturati sunt filii: * & dimiserunt reliquias suas párvulis suis.

Ego autem in iustitia apparebo conspéctui tuo: * satiábor cum apparuerit glória tua,

Añs. Igne me examinasti, & non est inventa in me iniquitas.

Añs. Interrogátus te Dóminum conféssus sum, assátus grátias ago.

Psalmus 20.

Domine in virtúte tua lætábitur rex: * & super salutáre tuum exultábit vehementer.

Desidérium cordis ejus tribuisti ei: * & voluntáte labiórum ejus non fraudásti eum.

Quóniam pravenísti eum in benedictionibus dulcédinis: * posuisti in cápíte ejus coronám de lapide pretioso.

Vitam pétit á te: * & tribuisti ei longitudinem diérum in sæculum, & in sæculum sæculi.

Magna est glória ejus in salutári tuo: * glóriam & magnam decórem impónes super eum.

Quóniam dabis eum in benedictionem in sæculum sæculi: * lætificábis eum in gáudio cum vultu tuo.

Quóniam rex sperat in Dómino: * & in misericórdia Altíssimi non commovebitur.

Inveniátur manus tua ómnibus inimicis tuis, * dextera tua inveniat omnes, qui te odérunt.

Pones eos ut cibatum ignis in tempóre vultús tui: * Dóminus in ira sua conturbábit eos, & devorábit eos ignis.

Fructum eórum de terra perdes: * & semen eórum á filiis hóminum.

Quóniam declináverunt in te mala: * cogitáverunt consilia, quæ non potérunt stabilire.

Quóniam pones eos dorsum: * in reliquiis tuis præparábis vultum eórum.

Exaltáre Dómine in virtúte tua: * cantábitus & psallémus virtútes tuas.

Antiphona. Interrogátus te Dóminum conféssus sum, assátus grátias ago. *V.* Magna est glória ejus in salutári tuo. *R.* Glóriam & magnum decórem impónes super eum. Pater noster. *Absolutio.* A vinculis.

V. Jube domne. *Benedictio.* Evangélica lectio.

Lectio sancti Evangélii secúndum Joánnem.

Lectio vij.

Cap. 12. d.

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum fruménti cadens in terram, mórtuum fuerit, ipsúm solum manet. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Tractatu 51. in Joánnem, sub medio.

Ipse Dóminus Jesus erat granum mortificándum, & multiplicándum: mortificándum infidelitate Judæórum, multiplicándum fide populórum. Jam veró exhórtans ad passionis suæ sectánda vestigia. Qui amat, inquit, animam suam, perdet eam. Quod duóbus modis intélligi potest. Qui amat perdet: id est, si amas, perdes. Si cupis vitam tenere in Christo, noli mortem timere pro Christo. Item alio modo: Qui

Qui

Qui amat animam suam, perdet eam: noli amari, ne perdas: noli amare in hac vita, ne perdas in æterna vita.

R. In craticula te Deum non negávi, * Et ad ignem applicátus, te Dóminum Jesum Christum conféssus sum. *V.* Probásti Dómine cor meum, & visitásti nocte. Et ad. *Benedictio.* Cujus, festum cólimus.

Lectio vij.

Hoc autem, quod postérius dixi, magis hábere videtur Evangelicus sensus. Sequitur enim: Et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Ergo quod supra dictum est, qui amat (subintelligitur, in hoc mundo) ipse útique perdet: qui autem odit (útique in hoc mundo) in vitam æternam ipse custodit eam. Magna & mira senténtia, quemadmodum sit hóminis in animam suam amor ut péreat, ódium ne péreat. Si malé amáveris, tunc odísti: si bené óderis, tunc amásti. Felices, qui odérunt custodiéndum, ne perdat amando.

R. O Hyppolyte, si credereris in Dóminum Jesum Christum, * Et thesáuros tibi osténdo, & vitam æternam promito. *V.* Beátus Laurentius Hyppolyto dixit: Si credis in Dóminum Jesum Christum. Et thesáuros. Glória Patri. Et thesáuros. *Benedictio.* Ad societátem.

Lectio ix.

Sed vide ne tibi subrepat, ut teipsum velis interimere, sic intelligéndo, quòd debes odisse in hoc mundo animam tuam. Hinc enim quidam maligni atque perversi hómines, & in seipsis crudelióres & sceleratióres homicidæ, flammis se donant, aquis se profocant, præcipitio se collidunt, & péreunt. Hoc Christus non dócuit: immò étiam diabolo præcipitium suggerénti respondit, Redi retró sátanas: scrip-

tum est, Non tentábis Dóminum Deum tuum. Petro autem dixit, significans quá morte clarificáturus erat Deum: Cúm esses júnior, cingébas te, & ambulábas, quò volébas, cum autem senueris, alter te cinget, & feret quò tu non vis. Ubi satis expressit, non á seipso, sed ab alio debére occidi, qui vestigia sequitur Christi.

De Deum laudámus. 12.

AD LAUDES,

& per Horas Antiphona.

Lauréntius ingressus est martyrum, & conféssus est nomen Dómini Jesu Christi. *Psalm.* Dóminus regnávít, cum reliquis, 13. *Añs.* Lauréntius bonum opus operátus est, qui per signum crucis cæcos illuminávit. *Añs.* Adhæsít anima mea post te: quia caro mea igne cremáta est pro te Deus meus. *Añs.* Misit Dóminus Angelum suum, & liberávit me de médio ignis, & non sum astuátus. *Añs.* Beátus Laurentius orábat, dicens: Grátias tibi ago Dómine, quia jánuas tuas ingredi méruit.

Capitulum.

2. Cor. 9. b.

Fratres, qui parcé sémínat, parcé & metet: & qui sémínat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.

Hymnus.

In victe Martyr, únicum Patris secútus Filium, Victis triúmphas hóstibus, Victor fruens cælestibus.

Tui precáus múnere Nostrum reátum dílue, Arcens mali contágium, Vitæ repélles tædium.

Soluta sunt jam vincula Tui sacráti corpóris: Nos solve vinculis sæculi. Dono supérni Núminis.

Deo Patri sit glória, Ejúsque soli Filio, Cum Spíritu Paráclito, Nunc, & per omne sæculum. Amen.

V. Dispérsit dedit paupéribus.

R. Justitia ejus manet in sæculum sæculi.

Ad Benedictus, Antiphona.

In craticula te Deum non negávi, & ad ignem applicátus te Christum confessus sum: probásti cor meum, & visitásti nocte: igne me examinásti, & non est inventa in me iniquitas.

Oratio.

DA nobis, quæsumus omnipotens Deus, virtiórum nostrórum flammam extinguere: qui beato Lauréntio tribuísti tormentórum suórum incéndia superáre. Per Dóminum nostrum.

Ad Tertiam, Antiphona. Lauréntius. **Capitulum.** Fratres, Qui, ut supra. 537.

R. breve. Glória & honóre, * Coronásti eum Dómine. Glória. **V.** Et constituísti eum super ópera manuum tuárum. Coronásti, Glória Patri. Glória. **V.** Posuísti Dómine super caput ejus. **R.** Coronam de lapide pretiósó.

Ad Sextam, Antiphona.

Adhæsit ánima mea.

Capitulum. 2. Cor. 9. b. Nusquisque prout destinávit in corde suo, non ex tristitia, aut ex necessitate: hilarem enim datórem diligit Deus.

R. breve. Posuísti Dómine, * Super caput ejus. Posuísti. **V.** Coronam de lapide pretiósó. Super. Glória Patri. Posuísti. **V.** Magna est glória ejus in salutári tuo. **R.** Glóriam & magnum decórem impónes super eum.

Ad Nonam, Antiphona.

Beátus Lauréntius.

Capitulum. 2. Cor. 9. c. Potens est autem Deus omnem grátiam abundáre facere in vobis: ut in ómnibus semper omnem sufficientiam habéntes, abundetis in omne opus bonum, sicut

scriptum est: Dispérsit, dedit paupéribus: justitia ejus manet in sæculum sæculi.

R. breve. Magna est glória ejus. **V.** In salutári tuo. Magna. **V.** Glóriam & magnum decórem impónes super eum. In salutári. Glória Patri. Magna est. **V.** Justus, ut palma florébit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

In secundis Vesperis, Antiphona. Lauréntius ingressus est martyr, cum reliquis de Laudibus. 537. **Psalmus** Dixit Dóminus, cum reliquis de Dominica, 94. & loco ultimi, **Psalmus** Crédidi. 96. **Capitulum** Fratres, Qui parce. **Hymnus.** Deus tuórum militum, ut sup. 530.

V. Levita Lauréntius bonum opus operátus est. **R.** Qui per signum crucis cæcos illuminávit.

Ad Magnificat, Antiphona.

Beátus Lauréntius dum in craticula superpósitus urerétur, ad impiíssimum tyránnum dixit: Assátum est jam, versa, & mandúca: nam facultates Ecclesiæ, quas requiris, in cœlestes thesauros manus pauperum deportavérunt.

Oratio. Da nobis, quæsumus, ut supra.

Deinde fit Commemoratio Sanctórum Tibúrtii & Susannæ Martyrum, Antiphona. Istórum est enim regnum cœlórum, qui contemporéserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & lavérunt stolas suas in sanguine Agni. **V.** Letámini in Dómino & exultáte justi. **R.** Et gloriámini omnes recti corde.

Oratio.

Sanctorum Mártyrum tuórum Tibúrtii, & Susannæ, nos Dómine foveant continuata prasidia: quia non desinis propitius intueri, quos tálibus auxiliis concesseris adjuvári. Per Dóminum nostrum.

DIE

DIE XI. AUGUSTI.

Secunda die infra Octavam Sancti Laurentii.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Sermo S. Augustini Episcopi.

Sermone 30. de Sanctis.

LECTIO IV.

Beatissimi Lauréntii Mártyris, cujus natalem hódie celebrámus, passiónem nosse vos credo: & quanta in persecutióne pertulerit, dilectiõem vestram scire posse non dubito. Tanta enim ejus martyrii glória extitit, ut passióne suá mundum illumináverit univérsum. Illuminávit mundum planè Lauréntius eo lúmine, quo ipse accensus est: & flammis, quas ipse pertulit, ómnium Christianórum corda calefécit.

R. Quò progréderis sine filio pater? quo sacerdos sancte sine diacono próperas? **V.** Tu numquam sine ministro sacrificium offerre consueveras. **V.** Quid ergo in me displícit paternitati tuæ? numquid degenerem me probásti? Experire utrúm idóneum ministrum elegeris, cui commissis Dominici sanguinis dispensatiónem. Tu.

LECTIO V.

Quis nolit ad horam uri Lauréntii igne, ut ætérnum gehénne non patiatúr incéndium? Beati igitur Lauréntii exemplo provocámur ad martyrium, & accéndimur ad fidem, incaléscimus ad devotiónem: & si in nobis persecutóris flamma deest, fidei tamen flamma non deest. Non ardémus quidem corpore pro Christo, sed ardémus afféctu. Non subjicit mihi persecutor ignem: sed subjicit mihi desiderium Salvatóris.

R. Noli me derelinquere pater sancte, quia thesauros tuos jam expéndi.

*** Non ego te desero, fili, neque derelinquo: sed majóra tibi debentur pro fide Christi certamina. **V.** Nos quasi senes leviores pugnae cursum recipimus, te autem quasi juvenem namque gloriósior de tyranno triumphas: post triduum me sequeris Sacerdotem Levita, Non ego.**

LECTIO VI.

Esse autem Salvatóris ignem, légitimus in Evangelio, dicente eodem Dómino: Nescitis quia veni ignem mittere in terram: & quid volo, nisi ut accendátur? Quo igne succénsi illi duo discipuli, dixerunt: Nonne cor nostrum ardens erat in nobis, dum loquerétur in via, & aperiret nobis Scripturas? Hoc igitur igne beatus Lauréntius accensus, flammárum non sentit incéndio: & dum Christi ardet desiderio, persecutóris pœnam non sentit.

R. Beatus Lauréntius clamávit, & dixit: Deum meum colo, illi soli sérvio. **V.** Et idéo non timeo tormenta tua. **V.** Mea lux obscurum non habet, sed ómnia in luce claréscunt. Et idéo, Glória Patri. Et idéo.

In tertio Nocturno.

LECTIO sancti Evangelii secundum Joánnem.

LECTIO VII.

In illo témpore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mórtuum fuerit; ipsum solum manet. Et reliqua.

De Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Ex Tractatu 51. in Joánnem.

Cum ergo causæ articulus vénerit, ut hæc conditio proponátur, aut faciendum esse contra Dei præceptum, aut ex hæc vita emigrándum; quorum duórum homo si cogátur álterum eligere, comminátæ mortem persecutóre, ibi eligat Deo dilecto émore, quam

of-

offenso vivere. Ibi óderit in hoc mundo ánimam suam, ut in vitam æternam custodiat eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur. Quid est, Me sequatur, nisi, Me imitetur? Christus enim pro nobis passus est, ait Apóstolus Petrus, relinquens nobis exemplum, ut sequamur vestigia eius.

R. In craticula te Deum non negavi.
*** Et ad ignem applicatus, te Dóminum Jesum Christum confessus sum.**
V. Probasti Dómine cor meum, & visitasti nocte. Et.

LECTIO vij.

Ecce quod dictum est: Si quis mihi ministrat, me sequatur. Quo fructu? qua mercede? quo premio? Et ubi sum, inquit, ego, illic & minister meus erit. Gratis ametur, ut óperis, quo ministratur illi, pretium sit esse cum illo. Ubi enim bene erit sine illo, aut quando esse malè poterit cum illo? Audi evidéntius: Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum Pater meus. Quo honore, nisi ut sit cum Filio ejus? Quod enim superius ait: Ubi ego sum, illic & minister meus erit: hoc intelligitur exposuisse, cum dicit, Honorificabit eum Pater meus. Nam quem majorem honorem accipere poterit adoptatus, quam ut sit ubi est unicuique, non aequalis factus divinitati, sed consortiatus æternitati?

R. O Hippolyte, si crederis in Dóminum Jesum Christum, & thesauros tibi ostendo, & vitam æternam promitto. **V.** Beatus Laurentius Hippolyto dixit: Si credis in Dóminum Jesum Christum. Et thesauros, Glória Patri. Et thesauros.

Pro Sanctis Martyribus Tiburtio & Susanna,

LECTIO ix.

Tiburtius Chromatii Præfæcti Urbis filius, Sancti Sebastiani

óperá Christianus, cum ob eam causam ad Fabianum júdicem adductus esset, multa que apud illum de Christi fide prædicaret, exaudíscens júdex pavimentum candentium carbónibus sterni jubet: mox, Tiburti, inquit, vel diis nostris sacrifices oportet, vel per istos carbónes nudis pèdibus tibi incendentum est. At ille crucis signo se muniens, fidenterque ambulans in pruna: Disce, inquit, ex hoc solum esse Deum, quem Christiani colunt. Quod cum magicis artibus tribueretur, extra Urbem ductus Tiburtius, ac viá Lavicaná tertio ab Urbe lapide gladio percussus, ibi à Christianis sepelitur. Quo die Susanna virgo nobilissima, quod Galerii Maximiani, filii Diocletiani Imperatoris, conjugium recusaret, ut quæ virginitatem Deo voverat; post multa tormentorum genera, quibus variè tentatum est sanctum virginis propòsitum, domi suæ jussu Imperatoris gladio percussa, ad duplex virginitatis & martyrii præmium migravit in cælum.

Te Deum laudamus. 12.

In Laudib. fit Commem. Sanctorum Tiburtii & Susannæ Mart. Afia. Vestri capilli capitis omnes numerati sunt: nolite timere: multitis passeribus meliòres estis vos.

V. Exultabunt Sancti in glória.
R. Lætabuntur in cubilibus suis.

Oratio. Sanctorum Mártyrum, ut supra. 538.

Vesperæ de S. Clara, cum Commemoratione Octavæ S. Laurentii.

DIE XII. AUGUSTI.

In Festo Sanctæ Claræ Virginis.

Duplex.

Omnia de Comuni Virginum, lxvij. exceptis iis quæ infra ponuntur

Oratio.

Oratio.

Exaudi nos Deus salutaris noster: ut sicut de beatæ Claræ Virginis tuæ festivitæ gaudemus, ita pie devotiónis erudiámur affectum. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Octavæ Sancti Laurentii, Antiph. Beatus Laurentius dum in craticula superpòsitus ureretur, ad impiissimum tyrannum dixit: Assatum est jam, versa, & manduca: nam facultates Ecclesiæ, quas requiris, in cælestes thesauros manus pauperum deportaverunt. V. Levita Laurentius bonum opus operatus est. **R.** Qui per signum crucis cæcos illuminavit.

Oratio.

DA nobis, quesumus omnipotens Deus, vitiorum nostrorum flammam extinguere: qui beato Laurentio tribuisti tormentorum sudorem incendia superare. Per Dóminum.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

LECTIO iv.

Clara, nobilis virgo, Assisii nata in Umbria Sanctum Franciscum concivem suum imitata, cuncta sua bona in eleemosynas, & pauperum subsidia distribuit, & convertit. De sæculi strepitu fingens, in campèstrem declinavit Ecclesiám, ibique ab eodem beato Francisco recepta tonsurá, consanguineis ipsam reducere conantibus, fortiter restitit. Et denique ad Ecclesiám Sancti Damiani fuit per eundem adducta, ubi ei Dóminus plures Socias aggregavit, & sic ipsa sacrarum Sororum Collegium instituit, quarum régimen, nimia Sancti Francisci devicta importunitate, recepit. Suum Monasterium sollicitè ac prudenter in ti-

móre Dómini, ac plenâ Ordinis observantiâ annis quadraginta duobus mirabiliter gubernavit: ejus enim vita erat aliis eruditio & doctrina, unde cœtera vivendi regulam didicerunt.

R. Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * Et deducet te mirabiliter dextera tua.

V. Spécie tua, ad pulchritudine tua intendè, prospèrè procedè, & regna. Et deducet.

LECTIO v.

UT carne depressâ, spiritu convalesceret, nudam humum, & interdum sarmentâ pro lecto habebat, & pro pulviniâ sub capite durum lignum. Unâ tunicâ cum mantello de vili & hispido panno utebatur, áspero cilicio nonnunquam adhibito juxta carnem. Tanta se frænabat abstinéntiâ, ut longo tempore, tribus in hebdómada diebus nihil penitus pro sui corporis alimentò gustaverit: reliquias autem dièbus tali se ciborum parvitate restringens, ut aliâ, quomodo subsistere poterat, miraretur. Binas quotannis (antequam ægrotaret) quadragésimas solo pane & aquâ refecta, jejunabat. Vigilis insuper & orationibus assidue dedita, in his præcipue dies noctesque expendebat. Ditis in perplexa languoribus, cum ad exercitium corporale non posset surgere per se ipsam, Sororum suffragio levabatur, & fulcimentis ad tergum appòsitis, laborabat proptiis manibus, ne in suis etiam esset infirmitatibus otiosa. Amatrix præcipua paupertatis, ab ea pro nulla unquam necessitate discessit, & possessiones pro sororum sustentatione à Gregório Nono oblatas, constantissime recusavit.

R. Dilixisti justitiam, & odisti iniquitatem: * Propterea unxit te Deus Deus tuus oleo lætitiæ.

V.

¶ Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam. Propterea.

Lectio vj.

Multis, & variis miraculis virtus ejus sanctitatis effulsit. Cuidam de Sororibus sui Monasterii, loquellam restituit expeditam. Alteri aurem surdam aperuit: laborantem febre, tumentem hydrōpisi, plagatam fistulā, aliisque aliis oppressas languoribus liberavit. Fratrem de Ordine Minorum ab insanīe passiōe sanavit. Cum oleum in Monasterio totaliter defecisset, Clara accepit urceum, atque lavit, & inventus est oleo, beneficio Divinæ largitatis, impletus. Unus panis medietatem adeo multiplicavit, ut sororibus quinquaginta sufficeret. Saracenis Assisium obsidentibus, & Claræ Monasterium invadere conantibus, agra se ad portam afferrī voluit, unaque vas, in quo sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum erat inclusum, ibique oravit: Ne tradas Dōmine bestis animas contentes tibi, & custodi famulas, quas pretioso Sanguine redemisti. In cujus oratione ea vox audita est: Ego vos semper custodiam. Saraceni autem partim se fugam mandarunt, partim, qui murum ascenderant, capti oculis præcipites ceciderunt. Ipsa denique Virgo, cum in extrēnis aeger, à cāndido beatarum Virginum coetu (inter quas una eminētiore ac fulgidior apparebat) visitata ac sacræ Eucharistiæ sumpta, & peccatorum Indulgentiā ab Innocēntio Quarto ditata, Pridie Idus Augusti animam Deo reddidit. Post obitum verò quam plurimis miraculis resplendentem Alexander Quartus inter sanctas Virgines retulit.

¶ Afferentur Regi virgines post eam, proximæ ejus. Afferentur tibi in lætitia & exultatione. ¶ Spē-

cie tua & pulchritudine tua intēde, prospere procede, & regna. Afferentur tibi. Glōria Patri. Afferentur.

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Pape in Evangelium. Simile erit regnum cælorum decem virginibus, de Communi Virginum. lxxv.

In Laudib. fit Commem. Octavæ S. Laurentii, Añā. In craticula. ¶ Dispērsit. R. Justitia ejus.

Oratio. Da nobis, quæsumus, ut in die.

In ij. Vesperis fit Commemoratio Octavæ S. Laurentii, Añā. Beatus Laurentius. ¶ Levita Laurentius. R. Qui per signum.

Oratio. Da nobis, quæsumus, ut suprā.

Deinde SS. Hippolyti & Cassiani Mart. Añā. Istorum est enim regnum cælorum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. ¶ Lætāmini in Domino & exultate justi. R. Et gloriāmini omnes recti corde.

Oratio.

DA quæsumus omnipotens Deus; ut beatorum Martyrum tuorum Hippolyti & Cassiani veneranda sollemnitas, & devotioem nobis augeat, & salutem. Per Dōminum.

DIE XIII. AUGUSTI.

Quarta die infra Octavam Sancti Laurentii.

In secundo Nocturno.

Ex libro Officiorum Sancti Ambrosii Episcopi.

Lib. 1. cap. 41. in medio.

Lectio iv.

Non prætereāmus Sanctum Laurentium, qui cum videt Xystum Episcopum suum ad marty-

tyrium duci, flere cepit non passionem illius, sed suam remansionem. Itaque his verbis appellare cepit: Quod progrēderis sine filio pater? Quod Sacerdos sancte sine diacono prōperas? Numquam sacrificium sine ministro offerre consueveras. Quid in me ergo displicuit pater? Num degenerem probasti? Experire certe, utrum idoneum ministrum elegeris. Cui commisisti Domini sanguinis dispensationem, cui consummandorum consortium Sacramentorum, huic consortium tui sanguinis negas.

¶ Quo progrēderis sine filio pater? quo sacerdos sancte sine diacono prōperas? Tu numquam sine ministro sacrificium offerre consueveras. ¶ Quid ergo in me displicuit paternitati tuæ? numquid degenerem me probasti? experire utrum idoneum ministrum elegeris, cui commisisti Domini sanguinis dispensationem. Tu.

Lib. 2. cap. 28. post medium.

Lectio v.

A Quo cum quærerentur thesauri Ecclesiæ, promisit & demonstratūrum. Sequenti die pauperes duxit. Interrogatus ubi essent thesauri quos promiserat, ostendit pauperes, dicens: Hi sunt thesauri Ecclesiæ. Et verè thesauri in quibus Christus est, in quibus Christi fides est. Denique Apóstolus ait: Habemus thesaurum in vasis fictilibus. Quos meliores thesauros habet Christus, quam eos in quibus se esse dixit? Sic enim scriptum est: Esurivi, & dedistis mihi manducare: sitivi, & collegistis me. Et infra: Quod enim illi horum fecistis, mihi fecistis. Hos thesauros demons-

travit Laurentius, & vicit, quod eos nec persecutor pōtuit auferre. ¶ Noli me derelinquere pater sancte, quia thesauros tuo jam expendi. ¶ Non ego te desero filii, neque derelinquo: sed majora tibi debentur pro fide Christi certamina.

¶ Nos quasi senes levioris pugnae cūsum recipimus, et autem quasi juvenem manet gloriosior de tyranno triumphus: post triduum me sequeris Sacerdotem Levita. Non.

Lectio vj.

N Umquid dictum est Sancto Laurentio: Non debuisti erogare thesauros Ecclesiæ, vasa Sacramentorum vendere? Opus est, ut quis fide sincerā & perspicaci providentiā munus hoc impleat. Sanè si in sua quis derivat emolumentā, crimen est: sin verò pauperibus erogata, captivum redimit, misericordia est. Nemo enim potest dicere, cur pauper vivit? Nemo potest queri, quia captivi redempti sunt. Nemo potest accusare, quia templum Dei edificatum est. Nemo potest indignari, quia humandis fidei reliquiis spatia laxata sunt: nemo potest dolere, quia in sepulchris Christianorum, requies defunctorum est. In his tribus generibus vasa Ecclesiæ etiam initiata infringere, confutare, vendere licet.

¶ Beatus Laurentius clamavit, & dixit: Deum meum colo, illi soli servo. ¶ Et ideò non timeo tormenta tua. ¶ Mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarescunt. Et ideò. Glōria Patri. Et.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joannem.

Lectio vij.

N illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis.

vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit; ipsum solum manet. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.

Ex *Tractatu 51. in Joannem.*

Minister est Christi usque ad illud opus magnæ charitatis, quod est animam suam pro fratribus pōnere; hoc est enim & pro Christo pōnere: quia & hoc propter sua membra dicitur esse: Cū pro istis fecistis, pro me fecistis. De tali quippè opere etiam se ministrum facere, & appellare dignatus est, ubi ait: Sicut Filius hominis non venit ministrari, sed ministrare, & animam suam pōnere pro multis. Hinc est ergo unusquisque minister Christi, unde est minister & Christus. Sic ministrantem Christo honorificabit Pater ejus honore illo magno, ut sit cum filio ejus, nec unquam deficiat felicitas ejus.

R. In craticula te Deum non negavi, * Et ad ignem applicatus, te Dōminum Jesum Christum confessus sum. **Y.** Probasti Dōmine cor meum, & visitasti nocte. Et ad.

Lectio viij.

Cum ergo auditis, fratres, Dōminum dicentem: Ubi ego sum, illic & minister meus erit; nolite tantummodo bonos Episcopos & clericos cogitare: etiam vos pro mōdulo vestro ministrare Christo, bene vivendo, eleēmōsynas faciendo, nomen doctrinamque ejus quibus potueritis, predicando: ut unusquisque etiam paterfamilias hoc nōmine agnoscat paternum affectum suæ familie se debere. Pro Christo, & pro vita æterna suos omnes admoneat, doceat, hortetur, corripiat, impendat benevolentiam, exer-

ceat disciplinam: ita in domo sua Ecclesiasticum, & quodammodo Episcopale implebit officium, ministrans Christo, ut in æternum sit cum ipso.

R. O Hippolyte, si crederis in Dōminum Jesum Christum, * Et thesaurus tibi ostēdo, & vitam æternam promitto. **Y.** Beatus Laurentius Hippolyto dixit: Si credis in Dōminum Jesum Christum. Et thesaurus. Glōria Patri. Et.

Pro SS. Martyribus Hippolyto & Cassiano.

Lectio ix.

Hippolytus à Sancto Laurentio baptizatus, domi suæ, dum Eucharistiam sumeret, comprehensus, & ad Valerianum Imperatorem adductus, ab eo de suæ religionis professione interrogatus, liberè se Christianum professus est. Quamobrem fustibus ceditur: quibus in verbèribus cū ejus fides constantior inveniretur, muneribus & honorum promissis tentatur. Quæ cū omnia frustrà dicerentur, Praefecto occidendus traditur. Qui domum Hypolyti veniens, ut ejus facultates publicaret, totam familiam Christianam esse cognoscit: atque iis à Christiana fide frustrà detēritis, primū plumbatis cæsà Concordiā Hypolyti nutrice, quæ cæteros confirmabat, reliquos extra portam Tiburtinam occidi jubet. Hippolytus indomitus equis raptae per loca tribulis & carduis cōsita, lacerato corpore spiritum Deo reddidit, unaque cum reliquiis à Justino Presbytero ad agrum Veranum sepultus est. Eadem die, ad Forum Syllæ, crudelissimo supplicio affectus est Cassianus Martyr: qui vincis post terga manibus

bus, puerorum, quos erudiebat, ferreis stylis confingendis excarnificandisque traditur. Quorum quantum erat infirmior vis, tantò ejus poena martyrii gravior, ac diuturnior, palmaque illustrior.

Te Deum laudamus. 12.

In Laudibus fit Commemoratio SS. Hippolyti & Cassiani, Antiphona. Vestri capilli capitis. **Y.** Exultabunt Sancti.

Oratio. Da quesumus omnipotens Deus, ut sup. 542.

In ii. Vesperis fit Commemoratio S. Eusebii Confessoris, Antiphona. Similabo eum. **Y.** Amavit eum Dōminus.

Oratio.

Deus, qui nos beati Eusebii Confessoris tui annuâ solennitate letificas: concede propitius; ut cujus natalitia cōlimus, per ejus ad te exēpla gradiamur. Per Dōminum nostrum.

DIE XIV. AUGUSTI.

Quarta die infra Octavam Sancti Laurentii.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Māximi Episcopi. Homilia 1. de S. Laurentio.

Lectio iv.

Sanctum est, fratres, ac Deo placitum, ut natālem beati Laurentii præcipuâ devotione veneremur: cujus radiantibus flammis victrix in hunc quoque diem toto orbe Christi coruscet Ecclesia. Qui cū in sede gloriosissimi Patriarchæ Diaconatus fungeretur officio, puritate innocētis vitæ, fortissimæque mortis triumpho, à Apostolico se consortio copulavit. Nec

Pars *Ætius.*

inmeritò eum Apostolorum suppārem prædicamus, cui & castitas animi Leviticum ministerium dedit, & plenitudo fidei martyrii contulit dignitatem.

R. Quò progrēderis sine filio pater? quò sacerdos sancte diacono prōperas? * Tu nunquam sine ministro sacrificium offerre consueveras. **Y.** Quid ergo in me displicuit paternitati tuæ? numquid degenerem me probasti? experire utrū idoneum ministrum elegeris, cui commisisti Dominici sanguinis dispensationem. Tu nunquam sine.

Lectio v.

Quem venerabilis Xystus Romanæ urbis Antistes, cū impietatem sævientiis mundi per tormenta superaret, & regnis esset cœlestibus jam vicinus, videretque eum paterna de morte tristissimum, itā illum spiritu præsciētie compellasse narratur: Noli fili moestus esse: post triduum me sequeris. Unde apparet, beatum Laurentium non de sacerdotis sui victoriā habuisse tristitiam, sed doluisse, quia non etiam ipse mundum cum suo pariter sacerdote vincēbat. Noli, inquit, fili moestus esse: post triduum me sequeris. Hoc est: Noli tristis esse, velut apud sæculum derelictus: nam nec te fides, vitæque tua tali morte privabit.

R. Noli me derelinquere pater sancte, quia thesaurus tuos jam expendi. * Non ego te desero, fili, neque derelinquo: sed majorā tibi debentur pro fide Christi certamina. **Y.** Nos quasi senes levioris pugne cursum recipimus, te autem quasi juvenem manet gloriosior de tyranno triumphus, post triduum me sequeris Sacerdotem Levita. Non ego.

Mm

Le

Lectio vj.

ERgo ut cōmpetit ore sacerdotis & mārtyris, se quoque omnimodis assumendum, congregātis inopum turbis, Ecclesiasticum censum religiosā liberalitate dividit. Quam profundum spiritalis viri, & quam cœlestē consiliū, ut & egēnis consuleret, & multitudine consumēte quæ dederat, invenire non possit, quod raperet persecutor; illam nimirū secūtus sententiā: Dispērsit, dedit pauperibus: iustitia ejus manet in ætēnum.

R. Beātus Laurentius clamāvit, & dixit: Deum meum colo, illi soli sērvio, * Et idēd non timeo tormenta tua. **V.** Mea nox obscurum non habet, sed omnia in luce clarēscunt. Et idēd. Glōria Patri. Et idēd.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Joānnem.

Lectio vij. Cap. 12. d.

In illo tēpore: Dixit Jesus discipulis suis: Amen, amen dico vobis, nisi granum frumēnti cadens in terram, mōrtuum fuerit; ipsum solum manet. Et reliqua.

Homilia S. Joānnis Chrysōstomi. Homil. 65. in Joānnem, post med.

Talem, de resurrectione disputans, rationem Paulus etiā attulit. Quam igitur habebunt excusationem qui resurrectionem non credunt, cū in seminibus & in plantis quotidie hoc videāmus, ac etiā in nostro genere? Primum enim corrūpi semen oportet, inde fieri generationem. Omnino autem, cū Deus aliquid facit, nullā opus est ratione. Quomodo nos ex nihilo fecit? Hoc ad Christianos dico, qui se dicunt credere Scripturis.

R. In craticula te Deum non negavi. * Et ad ignem applicatus, te

Dōminum Jesum Christum confessus sum. **V.** Probasti Dōmine cor meum, & visitasti nocte. Et ad.

Lectio viij.

EGo autem & aliud dicam ex humanis rationibus. Alii malitiam, alii virtutem sectantur: sed malitiā seetatorum multi feliciter in ultimam pervenerunt senectutem, virtutis autem contrā. Quomodo ergo pro mēritis unusquisque accipiet? quādo? Certē, inquit; sed cōrpora non resurgēt. Nonne audiunt Paulum dicentem: Oportet autem corruptibile hoc induere incorruptionem? Neque animam intelligit, quippe quæ non corrūpitur: & resurrectio de mōrtuo dicitur: Cēcidit autem corpus.

R. O Hippolyte, si crederis in Dōminum Jesum Christum, * Et thesauros tibi ostēdo, & vitam ætēnam promitto. **V.** Beātus Laurentius Hippolyto dixit: Si credis in Dōminum Jesum Christum. Et thesauros. Glōria Patri. Et thesauros.

Pro Vigil. Assumpt. B. V. M. Benedictio. Per Evangelica dicta. Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio ix. Cap. 11. d.

In illo tēpore: Loquente Jesu ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi: Beātus venter, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia Sancti Augustini Episcopi.

Tract. 10. in Joānnem, post initium.

Beatā Virgo Maria, quia fecit voluntatem Patris. Hoc in ea magnificavit Dōminus, quia fecit voluntatem Patris, non quia caro genuit carnem. Intēdat charitas vestra. Propterea cū Dōminus in tur-

In Laudibus fit Commem. Vigiliæ Antiphona, & v. de Feria occurrente, ut in Psalterio.

Oratio.

Deus, qui virginalem aulam beatæ Mariæ, in qua habitares, eligere dignatus es: da quæsumus; ut suā nos defensione munitos, jucundis faciās suæ interesse festivitati.

Deinde fit Commem. Sancti Eusebii Confess. Ana. Euge serve bone.

V. Justum. **R.** Et ostēdit. **Oratio.** Deus, qui nos, ut su-

præ. 545.

turba admirabilis videretur, faciens signa & prodigia, & ostēdens quid latēret in carne, admiratæ quædam animæ dixerunt: Felix venter, qui te portavit. Et ille: Immō felices, qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Hoc est dicere: Et mater mea, quam appellatis felicem, inde felix, quia verbum Dei custodit: non quia in illa Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: sed quia custodit ipsum Verbum Dei, per quod facta est, & quod in illa caro factum est.

Te Deum laudamus. 12.